

deposcunt consilia ^{a)}). Hos quidem profundis ^{b)} laceratos vulneribus per campos diffusos ^{c)} adhuc paululum respirantes in moriendo perurget anxietas; hos vero protinus extinctos superaccumulatos in foveis terribilis ^{d)} demonstrat aspectus; alios ^{e)} vero abdita ^{f)} silvarum fugientes eripiunt ^{g)}, et ut breviter concludamus in summam: totus resonat ether fletibus ^{h)} totaque rubescit terra cruoribus, ut non humanum extimetur periculum, sed mirabilius divinum flagitium, quod in antiquis [temporibus] intulitur ⁱ⁾ populo Pharaonis ¹⁾. Porro cum strages et fuga pene ^{k)} per XV milliaria ^{l)} iam durassent ^{m)}, scilicet a loco, qui dicitur Montevarchi ²⁾, iam cede defessi et eorum compatientes miserie recessimus, incomputabilem numerum captivorum et inapprehensibilem spoliū derelictum per campos ⁿ⁾, scilicet equorum, armorum, mulorum, asinorum, temptiorum et bladi ^{o)}, quod causa muniendi castrum predictum ferebant ^{p)}, [nobiscum ducentes]. Et ut potius insistamus ^{q)} quam extendamus ratione veritatis: sexdecim milia transcendit numerus captivorum et mortuorum multitudo ultra sex milia indicatur. Gaudeat ergo de tali et tanto triumpho regalis sublimitas et de tanta excellenti ^{r)} victoria in sue celsitudinis culmine roboretur ^{s)}. Crescat feliciter sacrosancti imperii fortunata proles et in perpetuum vivat ^{t)}, que pariter nostros fideles exaltat prosperitate fecunda et inimicorum reliquias claudicat ^{u)} et consumit. Letetur et Romanum imperium ^{v)}, quod

^{a)} consilia Hs. ^{b)} profundit Hs. ^{c)} difussos Hs. ^{d)} terribiles Hs. ^{e)} alios Hs. ^{f)} addita Hs. ^{g)} eripiunt Hs. ^{h)} flectibus Hs. ⁱ⁾ so Hs. statt infertur; es dürfte sich hier eher um einen — sprachlich nahe liegenden — grammatischen Fehler handeln als um eine Wiederaufnahme des archaischen und nachklassischen Verbums tulere. Nach freundlicher Auskunft von Herrn Dr. Gerhard B a a d e r (München) ist intulere im Material des Mittellateinischen Wörterbuchs nicht belegt ^{k)} penes Hs. ^{l)} miliaria Hs. ^{m)} durasset Hs. ⁿ⁾ canpos Hs. ^{o)} blavi Hs., vgl. D u C a n g e, Glossarium 1 (1883) 672 ^{p)} ferrebant Hs. ^{q)} insubsistamus Hs. ^{r)} excelenti Hs. ^{s)} hier wohl in der sonst nicht belegten Bedeutung lähmen, oder ist in claudit zu verbessern?

¹⁾ Vgl. Exod. 7—14.

²⁾ Montevarchi westlich Arezzo.

³⁾ Vgl. R. M. K l o o s, Petrus de Prece und Konradin, QFIAB. 34 (1954) 95 in summi status culmine perpetuo robore fulciretur. Diesen und die folgenden Hinweise verdanke ich meinem Mitarbeiter Dr. Rudolf M. K l o o s.

⁴⁾ Zu der hier anklingenden staufischen Endkaiservorstellung vgl. R. M. K l o o s, Ein Brief des Petrus de Prece zum Tode Friedrichs II., DA. 13 (1957) 158 ff.

⁵⁾ Vgl. den Anfang Exultet iam Romanum imperium K l o o s, QFIAB. 34, 104 Nr. 3.